



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

9 Januarij. 5 Idus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

S. BERNARDUS, ser. I. de diversis.

Quòd si usqueadeo regnat in te peccatum: imò usqueadeo delectat te servire peccato; ut doleas, tibi modicum tempus esse, quo servias ei: sed eousq; latam diligis viam; ut omnimodis optes, si possis, eam facere longam: velis nolis, non longè est finis ejus: sed tu, fateor, longè es à regno Dei; & firmissimum pepigisse videris cum morte fœdus, pactum cum inferno.

Peccatoris impenitentis periculum.

(☉)(☽)(☉)(☽)(☉)(☽)(☉)

9 Januarij. 5 Idus.

B. PETRE, Caduini monasterij in Aquitania monache, omnibus singulariter chare & venerabilis. Cùm enim in te esses rigidissimus; in cæteros lenitatis & mansuetudinis (velut sol quidam terrestris) amabiles radios effundebas. In choro pietatem; in mensa sobrietatem; silentium ubique; nulli non animi demissionem colebas.

Floruit circa annum 1218.

Icon veri Religiosi.

Ejusdem Caduini Religiose, B. RADOLPHE, postmodùm Godonij Abbas, itidem multis virtutibus clare.

Juvate uterque infirmitatem meam vestra inter-

inter-

22 ANNI CISTERCIENSIS

*interpellatione: docete me sobriè justè & piè
vivere in hoc sæculo, ut merear in altero
vivere vobiscum beatè.*

*Obijt
anno
1231.*

B. JOANNES, è Villario ad monasterium Grandipratense destinate Abbas: qui cùm te ad debellandam tua eruditione, & sanctimonia Albigensium hæreticorum insaniam accingeres, in ipso pijsimi conatûs initio triumphantem animam cœlo asseruisti. *Adesto mihi contra caput rebellium,*

Certandum

& omnium errorum principem decertanti: nec patere, ut me ipsum damnabili in peccatum consensu sponte nequissimo hosti dedam. Non sum de corona dubius, si pugnantem me mors invenerit.

*Vixit
circa
annum
1230.*

B. URRACA, fundatrix monasterij Barrensis, & ibidem à mariti obitu humilis monialis. Quæ licet esses regio stemmate clara; te tamen non aliter, quàm vilissimam haberi voluisti. Atq; ita mutato vanitatis transitorio cultu, in nobilissima animæ ornamenta, sanctarum mulierum in cœlo numerum auxisti. *Instrue me utilissima hac, & ad salutem utriusque vitæ consequendam necessaria scientia; qua verè agnoscam hujus vitæ vanitatem; reputemque, juxta Apostoli monitum, omnia mundana ut stercora, quò Christum lucrificiam.*

*Mundi
contem-
ptus.*

B. SALOMON: qui primùm Divi Bene-

Benedicti; dein Præmonstratensium
 Instituti desertis temerariè signis; de- *Circa*
 mum pœnitentiâ ductus, sub vexillo *annum*
 Cisterciensi in Hemmenrode per sex *1212.*
 menses tanto fervore militasti: ut ni- *Deser-*
 hil rigoris, nihil austeritatis intermit- *tor verè*
 teres: non lachrymis, non gemitibus *resipi-*
 modum dares. Ita consummatus in *scens.*
 brevi, explevisti tempora multa: uti
 testabantur viri gravissimi; qui ani-
 mam tuam, luce splendidissima cin-
 ctam, in cœlos evolantem conspexere.

Ah etiam mihi facilem redde pœnitentiæ *Pœni-*
laborem; qua utique post tot commissa pec- *tentia.*
cata summopere indigeo. Peccasse, fragili-
tatis humanæ fuit: sit nunc Divinæ gratiæ,
à te mihi impetrandæ, dignos facere pœni-
tentiæ fructus.

S. BERNARDUS, *serm. I. de diver.*

Quid in incertum dies & annos nu- *Pœni-*
meras? Transit hora, transit & pœ- *tentiæ*
na; nec accedunt sibi, sed cedunt po- *condi-*
tiùs, & succedunt. Non sic gloria, *mentū.*
non sic remuneratio, non sic merces
ipsa laboris: nescit vicissitudinem, ne-
scit finem; manet tota simul, & ma-
net in æternum.